

Hi  
2603

Ad

# PLAUSUS ANGELICOS OB NATUM HUMANÆ GENTIS SERVATOREM

percipiendo;

five

Ad audiendos pià religione FERIAR. NATAL. PRIMA horâ  
III. pomerid. celebraturos NATIVITATEM CHRISTI  
septem Illustris Scholæ alumnos,

& quidem

JOHANNEM BALTHASAREM GRELLMANNUM, Gießbü-  
belensem, Germanicis Versibus Elegiacis Venustris, recitandis memoriter,  
futurum Prologum, sive Angelorum Angelum s. Nuntium, in *xcvij* commendantem.

SAMUELEM KOEHLERUM, Nieder-Wartensem, Heroico Carmine  
Latino copioso, è memorîa proferendo, exhibitum Angelum, Pasto-  
ribus de nato Christo letissimum nuntium ferentem.

JOH. GOTOFREDUM HERINGIUM, Dresden. Oratione facundâ  
Lat. in prosâ etiam è memorîa promptâ dicturum, & partibus funditum  
Pastoris Bethelemiticæ, trepidantis quidem vijs auditique Angelis, at se rur-  
sus etiam erigentes.

JOH. MICHAELEM LINCKIUM, Dresden. ex Hymno Angelico na-  
talitio, GLORIAM IN EXCELSIS DEO, diserto Carmine Latino Ele-  
giano, recitando memoriter, sub Angelî personâ tributurum atque decanta-  
turum.

JOH. CHRISTIANUM MÜLLERUM, Nossensem, Angelum datu-  
rum nobis PACEM IN TERRIS NOVAM, Lat. oratione ampliore so-  
lutâ non minus memoriter predicanterem.

PETRUM CUNZIUM, Crottendorffensem, Angelum alium repre-  
sentatum, Carmine luculento Sapphico Latino iudiciorum s. BONAM VO-  
LUNTATEM hominibus itidem ex memorîa gratulantem.

&

THEOPHILUM TITTELIUM, Satisdorff. Epilogi vicem obitum,  
& Carmine Græco Heroico, ex memorîa promptâ pronuntiando, An-  
gelica hæc Commercia, & beneficia indicata laudantem, ad similes plausus exci-  
tantem, & iuryslæs denique promittentem;

præsenti Dissertatione

de

## MEMORABILIBUS NATALITIIS

humanissimè invitat

Patronos ac Fautores bonarum literarum & Lycéi  
hujus illustris,

M. JOH. JACOBUS STÜBELIUS,  
RECTOR.

MISENÆ,  
Typis JOACH. ERN. SPAHNII, MDCCVII.

1° 1° 1°



IPSE fecit & faciet!



On erunt inexpectata, quæ jam depromimus. Postquam enim novissime culto Panegyri festo, Penitentia dedimus Memorabilia, facile qvispiam existimare potuit, nos ubi jam Natalitium Festum celebrandum est, tradituros etiam, quæ memoratu digna in illo unquam contigerunt. Nec tamen parantes hoc persequemur omnia, quæ charta istâ comprehendendi nequeunt. Nec temporum ordinem servabimus, ut proximè factum, sed in capita certa, quæ obtuleré se nobis, redigemus. Præ omnibus quidem notandum quam maxime sciendumque, die illo, quem festum jam solemneque habebimus, memoriam recoli CHRISTI Servatoris, è casta Virginis alvo editi, & DEI Filii ad eum Infantis facti. Cujus partus miraculus nihil memorabilius, nihil præclarius est. Hic est dies, quem fecit Dominus, Filio ad nativitatem, nobis ad felicitatem, sibi ad gloriam; uti Barlaeus de eo loquitur. (a) Etsi verò exploratum est minime, quoniam natalis Christi sit dies, cum quo tanta nobis gaudia nata sunt, quem definire solius DEI esse fatetur Scaliger; quem allegans Fridericus Spanhemius F. F. emixere hic svadet, (b) & ad Patrem suum provocat; (c) nos tamen religiosâ simplicitate retinemus XXV. Decembris diem, sive VIII. Kal. Januarii, qui Buchnero ita canente: (d)

Verendi tempora partus

Et sacrum revexit magni natalis honorem.

Scriptit autem circa A. M DXXIII. Paulus à Middelburgo, Mathematicus, de Nativitatis Domini & Passionis, ut dixit, die libros undeviginti; & maxime Reverendus ITTIGIUS, de ritu, quo Festum hoc recepto die illo celebratur, eruditè differuit, ac cum tribus prioribus post C. N. seculis attribui non posse, docuit, recensuitque variantes de vero die sententias. (e) Atque hic maxima occurrit copia mirabilium rerum, quas ajunt diem illum, noctemque præmissam illustrasse. Matthæus Dresserus, ex antecforibus nostris haud postremus, ex Orofio, Eutropio & aliis plurima congeslit notissima, de pacis templo collapo Romæ, de olei scaturagine aperata, tribus solibus conspectis, Augusto Cæsare Domini appellationem averfato. (f) Prodigia hujus generis pleraque peracutè prosequutus est in Elogiis Aloysius Juglaris, qui adductis jam addidit, à axis lacrymis similes guttas effusas, & solem inter spicas coronatum, laxius à Micrello descriptum. (g) adjungente his Romanas tabulas debitorum ærarii exustas. Præterea Damascenus olim noctem medium tradidit claritate diei æmulâ effulsiſſe. Qualia Spanhemius ex apocryphis, ut dicuntur, defumi ait, & fabulis annumerat. (h) Qvō & illud referas, cum perhibent, nocte, quā Christus colitur natus, in herto vel agro dispersas panis micas, æstate sequenti Caltham pulchrâ copia progignere; (i) ac plura ejus furfuris anilia & superstitiosa, pridem risa & increpita. Si tamen Adrichomio & Salignaci credimus, Rosæ Hierichuntinæ nocte, quæ natalem Christi reddit, paulatim hiant, atque inde se recludent, licet penitus aridae ac siccae fuerint. Extra dubitationem est positum, tum stellam Magis apparuisse, in terris orientem spectantibus, cum illuxit primum fautissima dies illa, ut salutifera nativitatis esset index: & nuntium cœlestem præconem hujus fuisse apud Pastores, per Bethlehemita rura palantes,

Angelicâ circum applaudente coronâ. (k)

Eodem

(a) Orat. de Præsepi Christi, orationum ejus p. 225. (b) p. 10. Compend. H. Eccl. N. T. (c) Dub. P. II. (d) L. I. Poem. hymno II. p. 4. (e) append. differt. de Hæretiarchis, tertia diff. in Heptade alia subi. (f) de Festis p. 257. seq. (g) p. 210. H. Eccl. syntagma. (h) Id. cit. p. 11. (i) B. Geier, 3. u. E. p. I. p. 125. (k) v. Nath. Cbytr. Faltis Christi, p. 516.

Eodem tempore arsisse Cometam, de qvo multus in orbe toto fuerit sermo, testis citatur Plinius (l) quem Virgilius astrum Cæsaris dixit. (m) Eoqve motus Chæremon Stoicus in Chaldaem transit, ut de vero DEO certior fieret. Ipsos Chaldaeos ex eo venerabilem DEI in terris adventum significasse, Chalcidius Platonicus memoravit. Qvod ex adducente Bebelio hausimus. (n) Severum ac Tertullianum nominat Avancinus, (o) è quibus discatur, centuplicatos Soles Romano Senatori cuidam, ipsa nascentis DEI celebritate, totum circà Horizontem visos coronare. Nos ad historias seqviorum temporum ab his convertimur, prouti obvenerint, feralibus ac inauspicatis lata subjunctioni. Nimirum narrat Calvisius (p) à Spannenbergio proditum, qvod A. D CCCC XCII. post C. N. in natalitiam Domini lux ab Aqvilone promiceruit adeò, ut dies ortus crederetur, & spectata paulò post fuerint chasmata, & secuta sit fætissima & longissima hiems. Niccephorus (q) autor est viginti millia ferè Christianorum omnis ætatis, sexus, ordinis, qvæ Nicomedie in templo confluxerint, natalitium Christi festum dignis modis exæcturi, à Tyranno Maximiano, cum ad proximam Jovis aram sacra facere jussi essent, & imperium hoc renuissent, clausa & custodita, miserabiliti una cum templo accenso flammis cremata. (r) Cum A. C. M DC XIII. in vico qvodam Bohemico, Cutnâ qvatuor stadiorum spatio distante magna hominum multitudo convenisset, ut ibi ferias natalitias ceremoniis justis peragerent, illa ex improviso eqvitum peditum, magno agmine oppresa & excepta pessimè fuit, sacerdote abducto, sacris utensilibus projectis & conculcatis, maribus ac fæminis spoliatis vestibus, virginibus palam indignè habitis, & nonnullis mulierculis in templo vitiatis. (s) Leo V. Armentus cognomento Imperator Orientis, seculo nono imagines denuo impugnare cooperat: sed conjuratione initâ insidiis petitus, Michaëlem Balbum, inter sceleris hujus confios Principem, ad rogom damnaverat, ignibus comburendum. Cum vero intercedente Conjuge, ipsius hoc supplicium dilatum esset, decretumque, ut post ferias demum natalitias irrogaretur illi, captivus permovit focios, ut Cæsarem no[n]te, qvæ festum sanctius præcessit, interficerent. Qvô factò Balbus eductus è carcere, atqve in vinculis suis in solium evectus est. (t) Qvomodo Galeatus Sforzia, è castris hieme perqvam durâ & rigidâ venerit Mediolanum, cum uxore & liberis & amicis, ut solenni hilaritate natalem Christi diem consumaret, & sibi extreum ita fatum acceleraverit, apud P. Jovium legitur. (u) Insulam Rhodum sacræ militiae admittit A. M D XXIII. Solymannus Turcicus Imperator, ipso Christi natali. (x) Galli A. M DC LXXXIV. nocte, qvæ hinc antecessit, & feriis tribus inseqvutis, Luxemburgi civium religionem non veriti sunt interturbare, perpetuo qvæ sulphureo imbre fuorem suum exerentes. (y) Arnoldi Antilitis Halberstadiensis aeo A. M V. in pago qvodam diœccesis ejus, Kolbeckiâ nomine, Sacerdos octodecim viris & quindecim foeminis, vesperâ præmissâ festo natalitio, dum alii obirent sacra, circa templum saliendo clamandoqve tumultuantibus, hoc mali imprecatus est, ut per annum integrum saltarent. Qvod immisum etiam à DEO indigne impium facinus, feedo choreas ducentum exitio. (z) Janus Nicias Erythræus (aa) retulit, Angelum Lomellinum mercatorem, in Italâ, A. M D XCVI. navem aliquam præstantissimis mercibus onerâsse, in peregrinas mittendam oras. Nautam vero ipso die nascenti Christo sacro, secundo vento allectum, diu relustante, ob profanationem diei, navis Domino, solvisse

(l) L. II. H. N. c. 25. (m) Ecl. IV. (n) disp. hist. Theol. de Reliquiis Revelat. div. Inter Paginos p. 19. (o) Orat. IV. P. I. p. 25. (p) Chronol. p. 603. I. m. (q) L. IV. c. 6. (r) v. etiam Cent. IV. c. 3. col. 158. it. Bohem. H. E. p. 407. (s) v. Titii Exempl. Buch fol. 349. n. 11. (t) v. Hübn. Hist. Pol. p. 225. (u) P. III. p. 243. (x) Mich. Bojemus vitâ Alb. Animosi p. 42. (y) v. den entlarven Fransf. Friedens-Herold p. 61. (z) v. Hübn. in primis P. VII. hist. qvæst. p. 571. (aa) Exempl. virt. & vitiiorum num. IX. p. 18.

FK III 2603

X 343 0674

1018

visse portu Genuensi, quarto autem die apud Insulas Baleares, cum nave  
fractâ & quadraginta vectoibus perire. A. M D C L X . in urbe quadam  
eximia puella quadam, nocte hoc festum antegressa cognoscere voluit,  
qualem fortitura esset maritum, & circa mediam illam exivit in aream, ut  
lignum è stipe totâ extraheret, è quo de staturâ & conditione amatoris sui  
caperet præfigium. Id agentem spectrum aliquod tantopere perterruit,  
ut morbo correpta subito petierit lectum, & post paucos dies, pro thala-  
mō sperato, imposita feretro fuerit. (bb) Lotrix aliqua in profundam no-  
tum exercita in varias formas plicandâ & concinnandâ linteâ supellestile,  
qvâ, postero die natali Christi, uterque sexus posset superbire, virum ungu-  
lis horribilibus, loco manuum, instructum, qui ad eam repente ingrefiūs  
erat, confiscata est, & qvæ digitis trastaverat fedulis, projecit in pavimen-  
tum, & DEI præsidium precibus imploravit, & sic abegit quidem malum  
Dæmonem: sed fætorem relictum nullo fuffitu per ferias illas omnes dis-  
pellere potuit. (cc) Anteqvam ad jucundiora pergam aliquos adhuc signi-  
ficabo, qvæ eo, qvo Solpitator communis natus creditur die, vitam cum  
morte commutârunt. E quorum ingenti numero Johannem Avenarium,  
nunc nomino, Wittebergæ ante Buchnerum Eloquentiæ Professorem, (dd)  
A. M DC XXXI. Simonem Gediceum, primum Concionatorem aulicum,  
Electoris Brandenb. tum Præfulem Misnensem, & inde Martisburgensem.  
Anno eodem post C. N. ætatis LXXXII. (ee) Hortlederum celebrem A.  
MDC XL. (ff) Nic. Rigaltium, Virum Doctissimum A. M DCXXXII. (gg)  
Joh. Henr. Alstedium A. M DCXXXVIII. (hh) eo extintos die; ut alios longè  
plures prætereamus. Qvemadmodum & eo A. M DC XXXV. Joh.  
Lyferus, infelix Polygamiæ defensor, miserrimè diem obiit suum. (ii) Con-  
tra ipso natali eo natus est A. MD XXXIII. Joh. Buxtorfius. (kk) Cum A.  
DCCC. post C. N. Carolus M. Romæ esset, Pontifex Leo cives Romanos im-  
pulit, ut ipsi totius rei inscio, coronâ impositâ, Augusto dicto & Impera-  
tori, inter Natalitiam sacra & gaudia noctu acclamarent; (ll) postqvam inde  
à temporibus Augustuli, nullus fuisset in occidente Imperator. (mm) Et A.  
MLXVI. Wilhelmus I. Conqueror appellatus, fusis hostibus Londinum in-  
gressus Feriâ I. Nativitatis Christi Rex coronatus fuit. (nn) Non desicerent  
plura, nisi desiceret pagina. Qvamobrem ad præsens Institutum devenio,  
& nostris die tali Angelorum verba enunciaturis, linguis non Angelicis,  
largum expeto favorem.

(bb) Ern. hist. Bildher. p. 695. (cc) Joh. Steffler im Historien-Schätz cap. IX. fol. 448.  
(dd) v. Wittenii Diar. Progr. T. II. p. 40. (ee) Id. T. I. (ff) T. II. p. 51. (gg) Id. p. I.  
(hh) ibid. ad eum annum. (ii) Ib. adeo A. (kk) Freh. Theatro p. 1523. (ll) v. Annal. Fuld.  
ad A. 800. Jo. de Bussieres L. IV. Hist. Franc. p. 196. (mm) Horn. hist. civ. p. 335. (nn)  
Hüb. Eq. hist. P. II. p. 81.

Inde à Pentecostes Festo valedicere nobis

GEORG. HEINRICUS de MÜNCKWIZ, Eqves Luf. d. 20. Junii, Oratione  
solutâ de Nobilium Peregrinatione; cui respondit carmine Heroico JOH.  
SIGISM. FRITSCHIUS, Misn.

JOH. GOTTFR. Löwe / Scernevici. d. 29. Aug. Laudes Mauritii Electoris Sax.  
Græco carmine Heroico prosequuntus: sub juncto carmine Lat. Her. quo vale  
supremum dixit nobis; utroque officio, extra Cathedram, è promptissi-  
mâ loquens memoriâ, functus.

JOH. SIGISM. FRITSCHIUS, Misn. d. 3. Novemb. de situ urbis Misnæ a-  
mœnißimo verbis factis memoriter, & tum Carmine recitato Elegiaco;  
cui respondit simili carminis genere JOH. MELCH. Burbaum / Saydâ-Saxo. &  
JOH. THEOPHILUS MARTIUS, Mittweydi, d. 8. Novembr. CARPOVII  
Magni nuperrimè defuncti memoriam venerant oratione solutâ; addi-  
to carmine valedict, Elegiaco Latino, Propempticum sermonem habuit  
JOH. AUGUSTUS KOCH / Dresdenis.

F I N I S.

mc.

Ad

# PLAUSUS ANGELICOS OB NATUM HUMANÆ GENTIS SERVATOREM

percipiendos,

five

Ad audiendos pià religione FERIAR. NATAL. PRIMA horâ  
III. pomerid. celebraturos NATIVITATEM CHRISTI  
septem illustris Scholæ alumnos,

&amp; quidem

**JOHANNEM BALTHASAREM GRELLMANNUM**, Giesbühelensem, Germanicis Versibus Elegiacis Venustis, recitandis memoriter, futurum Prologum, five Angelorum Angelum s. Nuntium, in *χειροφίας* commandantem.

**KARLOM EHLERUM**, Nieder-Wartensem, Heroico Carmine memoriam proferendo, exhibiturum Angelum, Pastoletissimum nuntium ferentem.

**JOHANNUM HERINGIUM**, Dresd. Oratione facundâ è memoriam promta dicturum, & partibus fundaturum, trepidantis quidem visis auditisque Angelis, at se rur-

**MICHAELM LINCKIUM**, Dresd. ex Hymno Angelico nam IN EXCELSIS DEO, diserto Carmine Latino Ele- memoriter, sub Angeli personâ tributurum atque decanta-

**JOHANNUM MÜLLERUM**, Nossensem, Angelum datu- IN TERRIS NOVAM, Lat. oratione ampliore fo- moriter predicanterem.

**JOHANNUM Crottendorffensem**, Angelum aliud repre- sentaculo Sapphico Latino *ἐνδοξίας* s. BONAM VO- ibus itidem ex memoriam gratulantem.

&amp;

**JOHANNUM STITTELIUM**, Satisforff. Epilogi vicem obiturum, Heroico, ex memoriam promta pronuntiando, An- *Angelorum beneficia indicata laudantem, ad similes plausus exci-* denique promittentem;

*præsenti Dissertatione*

de

**BILIBUS NATALITIIS**  
humanissimè invitati  
dores bonarum literarum & Lycéi  
hujus illustris,

**ACOBUS STÜBELIUS,**  
RECTOR.

*MISENAE,*  
CH. ERN. SPAHNII, MDCCVII.

P P P

